(d) Item, unam posam vinee sitam in territorio de Villard en Chesaux juxta vineam Jacobi de Mont que fuit herendum Petri Tardinat a borea, vineam prefati nobilis confitentis et Glaudii du Bugnion a juria et vento, et vineam predicti nobilis confitentis quodam senderio publico intermedio a lacu, witnesses Nobilis Johannes Mistralis dominus Daruffens, Petrus Mistralis dominus de Coctens, Egregius Jacobus Gaudin de Nyviduno, Johannes Braserii de Coinsino, Glaudius Magnyn de Rotulo, Discretus Franciscus Ronzia ? de Lavignyez notarius, et Petrus Roberti de Chastel, no signature or paraphe. (Fi 55, 743 (a))

20v **Nobilis Johannes filius quondam Nobilis Nycollay Maioris de Romanomonasterio,** 10 oct 1542 Style of the Nativity, in sequendo formam et tenorem recognitionis alias per prefatum quondam Nobilem Joahmem Maioris ipsius nobilis confitentis avum paternum in manibus **Egregii viri Aymonodi Roberti de Castro burgensis Rotuli notarii** (this reading appears to give the **origins of Aymonodus Roberti at “Castro”, or Chastel, modern Châtel, in the parish of Essertines, rather than in Rolle**, but it depends on how one interprets the script for *burgensis*, which is written *burge* with an ambiguous abbreviation mark at the end, partially obscured in the binding in the digitized image of the ACV) dudum dictarum extenterum commissarii memorato quondam Domino Amedeo baroni Viriaci facte... (this is another reference to a reconnaissance – and the names of the reconnaissants – in the lost terrier of Aymonodus Roberti, circa 1470), videlicet, res et possessiones, census, redditus, et alia que inferius describuntur unacum feudis, juribus, pertinenciis, appendenciis, ingressibus, et egressibus omnium infrasciptorum universis et singulis, (Fi 55, 532 (b))

21 (a) Et primo, quendam domum sitam apud Vinzel cum curtile retro juxta viam publicam a borea et lacu, domum Nobilis Philliberte uxoris Nobilis Francisci Mistralis filie quondam Nobilis ~~Francisei~~ Stephani de Dullicio que alias fuit de bonis Johannis *Saurvernier* ? (should be *Sauvernier* or similar) a vento, et curtile herendum Francisci et Aymonet de Maxo quadam via intermedia a juria. (Fi 55, 532 (c), Fi 85, 616 (e))

(b) Item, unam posam cum dimidia vinee sitam in territorio de Vinzel loco dicto en Condoz ? juxta vineam prescripte Nobilis Philliberte uxoris jandicti Nobilis Francisci Mistralis que fuit predicti Nobilis Johannis de Sauvernier a borea, vineam Nobilis Jacoby de Viry que fuit Nobilis Ludovici de Peytignyaco a vento, vineam dictorum Burnet de Burtignyez que fuit herendum Francisci Agnielli a juria, et viam publicam a lacu. (Fi 55, 532v (a), Fi 85, 616 (f))

21v (a) Item, tres posas tam terre quam vinee sitas in territorio de Plantaz juxta viam publicam a juria, vineam Discreti Francisci filii Egregii viri Nycolay Fabri alias Coulavin que fuit Aymoneti Marchiandi a borea, pratum prescriptorum heredum Francisci et Aymoneti de Maxo quod fuit Stephani Vuarnerii a vento, pratum predicte Nobilis Philliberte uxoris jandicti Nobilis Francisci Mistralis quod fuit domini prioris de Cossonay et per prius Johannis de Sauvernier et pratum dictorum Bovier ? de Gillier a lacu. (Fi 55, 532v (b), Fi 85, 616v (a))

(b) Item, septem posas nemoris sitas in territorio de Vinsel loco dicto en Chaponieres juxta nemus supradictorum heredum Francisci et Aymoneti de Maxo a borea, nemus commune de Vinsel a vento, communia a juria, et vineam Perreti Vulliaulx a lacu. (Fi 55, 532v (c), 616v (b))

(c) Item, unam peciam prati sitam in territorio de Vinsel subtus Vinsel continentem circa tres seyturatas prati juxta viam publicam a juria, pratum Aymonodi de la Vy quod fuit Nobilis Sebastiani Fabri a lacu, pratum Nobilis Francisci filii Nobilis Johannis de Sauvernier et heredum predictorum Francisci et Aymoneti de Maxo a borea et juria, et pratum heredum Petri Bouloz, Bertrandi Vulliaulx, Anthonii Besson, et dictorum Bovier ? de Gillier a vento. (Fi 55, 532v (d), Fi 85, 616v (c))

22 (a) Item, duos denarios et directum dominium quod idem nobilis confitens habet in una pecia vinee quam aliis tenere solebat Petrus Joly de Cossonay et deinde Aymonetus Magnin et quam de presenti tenent dicti Burnet de Burtignyez juxta vineam dictorum Burnet que fuit Johannis de Maxo a borea, vineam predicti Francisci Fabri que fuit Peronete relicte Leodegarii Chivallerii a vento, viam publicam a juria, et pratum jandicte Nobilis Philliberte uxoris prescripti Nobilis Francisci Mistralis a lacu. (Fi 55, 532v (e), Fi 85, 616v (d))

(b) Item, quandam peciam vinee sitam in predicto territorio loco dicto es Chaponieres quam alias tenere solebat Aymonodus Marchandi ab eodem nobili confitente censu trium solidorum monete ? juxta vineam Bertrandi Vulliaulx a juria, vineam Johannis Anserme que fuit Perreti Vulliaulx a borea, vineam heredum prenominatorum Francisci et Aymoneti de Maxo que fuit Nobilis Hugonini de Gland a lacu, vineam predictorum Burnet etiam [a] borea, et quoddam terrale de Orjule ? a vento. (Fi 55, 533 (a), Fi 85, 616v (e))

(c) Item, unum potum oley ad mensuram Nyviduni census prefato nobili recognoscenti per heredes Francisci et Aymoneti de Maxo alias Michaudi debitum [super] quadam pecia nemoris sita supra Vinsel juxta nemus eiusdem nobilis confitentis a vento, nemus jandicte Nobilis Philliberte uxoris predicti Nobilis Francisci Mistralis a borea, nemora ? communia a juria, et vineam Bertrandi Vulliaulx a lacu, et quam ab eodem nobili confitenti tenent dicti heredes sub predicto censu. (Margin: L. alias fuit abbergata ?, possibly a gloss on "alias Michaudi", which seems inappropriate in the context of this item.) (Fi 55, 533 (b), Fi 85, 617 (a))

22v (a) Item, unum quarteronum oley ad mensuram Nyviduni census prefato nobili confitenti annualiter debitum per heredes seu bonatenentes dictorum Aymoneti et Francisci de Maxo, Humberti Gantin, et Anthonii Besson de Luyn pro et super quadam pecia prati sita in territorio de Vinsel subtus Vinsel que fuit de bonis Henricy et Johannis Feat

continentem unam falcatam et quam ipsi heredes tenent ab eodem nobili confitente sub predicto censu juxta pratum ~~predictorum heredum~~ prescripti nobilis confitentis a borea, pratum predictorum heredum Aymoneti et Francisci Marchiandi a vento, pratum dictorum Boverii a juria, et pratum Anthonii Jarroz et Discreti Jacobi Burnet quod alias tenebant Perretus Tissot et Petrus eius nepos a lacu. (Fi 55, 533 (c), Fi 85, 617 (b))

(b) Item, quandam peciam prati continentem circa quatuor seyturatas sitam loco dicto in Calce juxta pratum eclesie de Gillier et plurium aliorum a borea, pratum Amedei de la Vy quod fuit Nobilis Sebastiani Fabri a vento, pratum Nobilis Jacobi de Vuy quod fuit Nobilis Johannis de Pitigniaco a lacu, pratum predicte Nobilis Philliperte quod fuit Perreti Vulliaux et plurium aliorum a juria. (Fi 55, 533v (a), Fi 85, 617 (c))

23 (a) Item, tres solidos Gebennenses eidem nobili confitenti termino festi Beati Michaelis Archangelli per Discretum Jacobum filium honesti Nyctodi Burnet de Burtignyez annualiter debitos pro quadam pecia prati sita in territorio de Burtignyez loco dicto in Prato Vuary ? continentem circa tres seyturatas que antiquitus fuit de bonis Peronet de Dey de Burtignyez et quam a predicto nobili confitente sub predicto censu tenet idem Jacobus Burnet juxta pratum Ludovici et Jacobi Cignyouz a vento et lacu, aquam de la Moctellienaz a borea, et pratum prescripti Jacobi Burnet inferius confinatam a juria. (Fi 55, 533v (b), Fi 85, 617 (d))

(b) Item, tres solidos Gebennenses memorato nobili recognoscenti per prenominatum Jacobum Burnet termino prescripto annualiter debitos pro duabus seyturatis prati sitis in territorio predicto loci de Burtignyez loco dicto Vuary que alias [fuit] de bonis heredum Stephani Roz de Bignyn et quam a prenominato nobili confitente sub prescripto censu tenet idem Jacobus Burnet juxta domum et pratum religiosorum Bonimontis a juria, pratum eiusdem Jacobi Burnet a lacu et vento, et aquam de la Moctellienay a borea. (Fi 55, 533v (c), Fi 85, 617 (e))

(c) Item, quatuordecim denarios Lausannenses census jandicto nobili confitenti annualiter debitos per Nobilem Franciscum de Senarcens heredem Nobilis Guilliermi Mistralis pro modico prati sito in territorio de Bursins loco dicto eis Marest quod alias fuit de bonis predicti Nobilis Guilliermi Mistralis et quod a prelibato nobili confitente sub predicto censu tenet idem Nobilis Franciscus de Senarcens juxta pratum predicti Nobilis Francisci de Senarcens quod fuit Nobilis predicti Guilliermi Mistralis a borea, vento, et juria, et pratum eiusdem Nobilis Francisci de Senarcens et eius uxoris quod fuit heredum Stephani Benedicti a lacu. (Fi 55, 533v (d), Fi 85, 617 (f))

(d) Item, duos quarteronos bonarum receptibilium castagnearum ad mensuram Albone census predicto nobili recognoscenti termino Sancti Michaelis annualitatem per Glaudium filium quondam Humberti Curtilliod de Vinsel debitos pro uno morcello nemoris sito in territorio de Luyns loco dicto en la Pernier ? quem a prelibato nobili confitente sub predicto censu tenet idem Glaudius Curtilliod vigore unius abbergamenti dicto quondam Humberto Curtilliod patris ipsius Glaudii Curtilliod per antecessores ipsius nobilis confitentis facto juxta terrale dou Debvens a borea, nemus heredum Francisci Feat et communia de Luins a vento, et pascua communia dicti loci de Luyns a lacu et juria. (Fi 55, 534 (a), Fi 85, 617v (d))

(e) Item, quandam peciam vinee sitam loco dicto eis Crest continentem circa octo posas juxta vineam Nobilis Francisci de Grueria que alias fuit Nobilis Johannis de Dullicio a lacu, vineam Nobilis Francisci Champion domin Bastide a juria, vineam Nobilis Johannis Fabri de Bignin et Glaudii Bergier que fuit liberorum Girardi de Castellione a vento, et vineam predicte Nobilis Philliperte uxoris Nobilis Francisci Mistralis quodam terrali intermedio a borea. (Fi 55, 534 (b), Fi 85, 617v (a))

24 (a) Item, unum curtile situm in villa de Vinsel juxta ochiam Bertrandi Vulliaud a vento, domum predicti Bertrandi Vulliaud a borea, viam publicam tendentem de Vinzelz apud Luyns a juria, et vineam prenominati Bertrandi Vulliaud a lacu. (Fi 55, 534 (c), Fi 85, 617v (b))

(b) Item, quandam morcellum vinee situm apud Vinzel quem alias a predecessoribus predicti nobilis confitentis tenere solebat ad medium vinum Johannes et Stephanus de Maxo juxta vigneam liberorum Johannis de la Vuaulx que fuit Perreti Vulliaud a vento, ochiam prescripte Nobilis Philliperte uxoris jandicti Nobilis Francisci Mistralis que alias fuit de bonis Nobilis Johannis de Sauvernier a borea, vineam domini Bastide que fuit Glaudii Bichept de Burtignyez et per prius Nobilis Hugonini de Gland a juria, et vineam Jacobi Besson que fuit heredum Stephani Reymondy etiam a vento. (Fi 55, 534 (d), Fi 85, 617v (c))

(c) Item, tres denarios Lausannenses census predicto nobili confitenti per Franciscum filium pupillum Egregii viri Nycolai Fabri alias Coulazvin notarii de Bona ? annualiter termino festi Beati Michaelis debitos pro dimidia posa vinee sita subtus Vinsel que alias fuit de bonis Guillierme filie quondam Perronete relicte Leodegarii Chivallerii filie Girardi Feat et quam a predicto nobili confitente sub jandicto censu tenet idem Franciscus Fabri juxta vineam bonatenementarium Aymoneti Magnyn a borea, vineam eiusdem nobilis confitentis a vento, viam publicam a juria, et pratum Nobilis Johannis de Dullicio quod fuit heredum Johannis de Sauvernier a lacu. (Fi 55, 534 (e), Fi 85, 618 (a))

24v (a) Item, et generaliter omnia alia universa et singula bona qui tenet et possidet predictus Nobilis Johannes confitens infra mandamentum et resortum Montisveteris exceptis hiis que de alterius feudo moveri reperientur. (Fi 55, 534v (a), Fi 85, 618 (b))

(b) Item magis, tenere confitetur prescriptus Nobilis Johannes [Maioris] de Romanomonasterio confitens pro se et suis jandictis a prefato magnifico domino barone et suis predictis ad causam villagii sui de Luyns et sub predicto homagio per antecesores prefati magnifici domini baronis predecessoribus predicti nobilis confitentis remisso, res et possessiones infrascriptas, (Fi 55, 534v (b), Fi 85, 618 (c))

(c) Et primo, quandam peciam vinee sitam in territorio de Luyns loco dicto en Chappellaz juxta vineam ecclesiam de Luyns a juria et borea, vineam Georgii de Ryva et Guilliermi Roberti que alias fuit Roberti Rancignodi et Nobilis Petri de Castillione et eius uxoris a lacu, et vineam Nobilis Michaelis Mistralis que fuit predicti Nobilis Petri de Castellione et eius uxoris a vento, et quam alias colere solebat a predecessoribus prefati nobilis confitentis ad medios fructus Johannes et Stephanus [de] Maxo de Vinsel causam habentes ab Aymoneto Marchiandi. (Fi 55, 534v (c), Fi 85, 618 (d))

25 (a) Item, quandam peciam vinee sitam in territorio de Luyns loco dicto en la Favery ? et quam a memorato nobili confitente tenet ad medios fructus Nyodus Navillioz de Luyns juxta ochiam Glaudii Bognyolaz que fuit heredum Francisci Feati a borea, vineam Amedei Bergerii que fuit Petri Thome de Arsiez et per prius Nycodi Lambert a vento, vineam Michaelis de Leschaux que fuit Anthonii Migerand et plurium aliorum a juria, et vineam Amedei Baddelli que fuit heredum predicti Anthonii Migerand ac heredum Henrici Feacti a lacu. (Fi 55, 534v (d), Fi 85, 618 (e))

(b) Item, tres solidos et quatuor denarios Lausannenses bonorum census janfacto nobili recognoscenti per Anthonium Besson de Luyns annualiter termino suprascripto debitos pro rebus infrascriptis quas a prelibato nobili confitente sub prescripto censu tenet idem Anthonius Besson que alias fuerunt de bonis heredum Peronete relicte Johannis Chivallerii et deinde Johannis Bessonis eius quondam patris. (Fi 55, 534v (e), Fi 85, part of 618 (e))

25v (a) Et primo, pro medietate pro indiviso cum heredibus seu bonatenentibus Johannis de Prato pro alia medietate unius pose cum dimida terre site in territorio de Marsollex juxta terram heredum seu bonatenentium Michaelis Paviot ? a juria, terram heredum sive bonatenencium Stephani Coppelli a vento, et terram heredum sive bonatenencium Jaquemeti du Bicti a lacu. (Fi 55, 536 (a), Fi 85, part of 618v (b))

(b) Item, pro medietate pro indiviso cum Venerabili viro Domino Francisco Vignodi cappellano de Gillier necnon Aymoneto du Mars [pro] alia mediete unius seyturate prati site subtus Vinsel juxta pratum ipsius nobilis confitentis a borea, pratum dictorum Tissot a lacu, pratum dictorum Boverii quod fuit Glaudii Boson a vento, et pratum dictorum Vuilliaud a juria. (Fi 55, 536 (b), Fi 85, part of 618v (c))

(c) Item, pro una pecia terre sita in territorio de Luyns loco dicto en la Melleaz continente circa duas bosas (=posas) juxta viam publicam a lacu, terram Glaudii Bognyole que fuit Johannis du Russel a juria, quoddam terrale a vento, et terram heredum Johannis Migerand quodam senderio intermedio a borea. (Fi 55, 536 (c), Fi 85, 618v (a), the remaining parcels in this reconnaissance have not been located in Fi 85)

26 (a) Item, tresdecim denarios cum obolo Lausannenses census memorato nobili confitenti annuatim termino prescripto per heredes sive bonatenentes Aymoneti et Francisci Marchiandi alias de Mars de Vinsel debitos pro rebus et possessionibus sequentibus quas a memorato nobili confitente sub jandicto censu tenent predicti heredes, (Fi 55, 536 (d))

(b) Et primo, pro quinta ? (quarta in Fi 55 ?) parte unius seyturate prati site subtus Vinsel alias pro indiviso cum Aymoneto Besson et heredibus Johannis de Prato limitatum juxta pratum supradictorum heredum sive bonatentium prescriptorum Aymoneti et Francisci Marchand a borea et lacu, et pratum dictorum Vuilliaud a juria. (Fi 55, 536 (e))

(c) Item, pro uno morcello prati sito ibidem juxta pratum dictorum Besson a borea, pratum jandictorum heredum quod alias fuit dictorum Vuybort a vento, pratum eorundem

herendum prelimitata a lacu, et pratum Bertrandi Vulliaud a juria. (Fi 55, 536 (f) and 536v (a), an apparent duplication in Fi 55 !)

(d) Item, tres solidos et septem denarios cum obolo boni monete cursalis Lausannenses memorato nobili confitenti termino festi Beati Michaelis per Anthonium Jarroz alias Loriod de Luyns annuatim debitos pro una posa terre sita in territorio de Luyns loco dicto en Champs Collon que alias fuit de bonis Peronete relicte Leodegarii Chivallerii, Aymoneti Bessonis de Luyns, Aymoneti Michaudi, et Johannis de Prato et que posa terre fuit per Nobilem Nycolaum de Romanomonasterio patrem jandicti nobilis confitentis Petro Menthonex sub censu prescripto abbergata, et quamquidem posam terre tenet idem Anthonius Jarroz a memorato nobili recognoscente sub predicto censu juxta terram herendum Johannis Migerandi a borea, terram dictorum Cagnyouz a juria, carriera publicam a lacu, et terram ipsius Anthonii Jarroz a vento. (Fi 55, 536v (b))

(e) Item, censem prefato nobili confitenti annualiter debitum per honestos viros Petrum et Jacobum Migerandi pro una posa terre sita en Champ Collo[n] juxta terram Anthonii Jarroz que fuit Francisci Vuibort a vento, quoddam terrale a borea, carriera publicam a lacu, et terram Claudii Cagnyouz a juria, et que posa terre fuit de bonis Perronete relicte Leodegarii Chevallerii. (Fi 55, 536v (c))

(f) Item, et quidquid habet, tenet, et possidet idem nobilis confitens in villa, territorio, et finagio de Luyns. (Fi 55, 536v (d))

(g) Item, habet idem nobilis recognoscens et habere debet per se et suis predictis super omnibus bonis suis predictis et recognitis prout asserit idem Nobilis Johannes recognoscens bampnum et clamam trium solidorum d... ? ... vero jurisdiction ad prelibatum magnificum dominum baronem partinet et pertinere debet ut in extensis precedentibus mencio habetur quam quidem jurisdictionem superius mentionatum dictorum trium solidorum supradictus nobilis recognoscens confitetur tenere a memorato magnifico barone Montisveteris et Rotuli, witnesses Nobiles Jacobus de Colomberio burgensis Morgie, Lancellottus filius Nobilis Johannis Costablot de Perruys, Discretus Stephanus mugnerii de Pysi, Franciscu Ronsia ? notarius, et Petrus Roberti de Chastel, no signature or paraphe.

28v **Nobilis Jacobus de Viry de Tornex residentis apud Sessiez in terra Gay,** 13 oct 1542, de bonis alias per Nobilem Ludovicum de Peytegniez in manibus **Providi viri Aymonodi Roberti de Castro burgensis (clear, written burgen) Rotuli notarii** dudum dictarum extenterum commissarii Magnifico Domino Amedeo domino Viriaci et dictorum locorum Montisveteris et Rotuli sub dicto ... ? nobili et legio recognitis (another statement of the reconnaissants for the lost terrier of Aymonodus Roberti), exque donatione testamentaria per Nobilem Ludovicam de Gento relictam Nobilis Glaudii filii quondam prefati Nobilis Ludovici de Peytegniez matrem et heredem universalem Nobilis Johannis filii dicti Nobilis Glaudii de Peitegniez et ipsius Nobilis Ludovice prefato Nobili Jacobo eius nepoti ex sorore et pro pingniori in genere et gradii succedevi facta ut de ipsa donatione appareret instrumento per Egregium Petrum Ponceti de Gayo Villa, res, census, redditus, et possessiones infascriptas cum ipsarum fondis, juribus, pertinentiis et appendentiis, ingressibus et egressibus suis universis et singulis, (Fi 55, 503v (a))

29v (a) Et primo, quandam domum sitam apud Vinsel cum curtina et plathea eiusdem domus juxta domum et curtainam Francisci de Maxo que fuit alias Aymoneti Marchiandi a juria, vineam bonatenentium domini prioris Ougionis quam tenet Discretus Stephanus Boverii et eius uxor et vineam Nobilis Francisci Mistralis et Philiberte eius uxoris filie quandam Nobilis Stephani de Dullicio a lacu, et affrontat vie publice a vento, et *ochia* (should be *ochie*) dicti nobilis confitentis que alias fuit de bonis Aymoneti Marchiandi et per prius Francisci Vivent a borea. (Fi 55, 503v (b), Fi 85, 614v (e))

(b) Item, duodecim denarios monete cursalis patrie annualiter termino festi Beati Michaelis Archangelli eidem nobili confitenti debitos per Johannem Rod de Menezie ? habitatorem de Vinsel pro et super rebus et possessiones infrascriptis sitis et jacentibus in villa predicti loci de Vinsel et quod ipse predictus Johannis Rod ab eodem nobili confitente in emphiteosim perpetuam et sub predicto censu tenet ex abbergamento eidem Johanni Rod facto per Nobilem Johannem de Peitegniez introgio sex florenorum auri parviponderis ut de ipso abbergamento apparet instrumento per Egregium Petrum Ponceti de Gayo Villa notarium publicum 15 oct 1522 recepto et signato, (Fi 55, 503v (c))

30 (a) Et primo, pro quadam pecia plathee sive casalis sita apud Vinsel supra domo Nobilis Johannis [Maioris] de Romanomonasterio per antecessores eiusdem nobilis confitentis dudum in domum recognita juxta casale predicti Francisci de Maxo alias Marchiandi a lacu, domum domini Bastide a juria, carreriam publicam a borea, et curtile Claudii Curtillio a vento. (Fi 55, 504 (a), Fi 85, 614v (f))

(b) Item, pro dimidia fosserata prati seu curtilis sita ante torcularid prefati domini Bastide juxta cheneverium jandicti nobilis confitentis a lacu, pratum heredum Stephanii Reymondi a juria, pratum predicti domini Bastide a borea, et pratum heredum Nobilium Thome et Stephanii de Dullicio fratrum a vento. (Fi 55, 504 (b))

(c) Item, quandam peciolam orti sitam ibidem retro domum ipsius nobilis confitentis juxta domum ipsius nobilis recognoscantis a vento, terram seu ochiam memorati nobilis recognoscantis superius limitatam a borea, et terram heredum Nobilis Johannis de Sauvernier a lacu, et terram Johannis Estallaz et eius uxoris que fuit Francisci de Maxo a juria, que ochia antiquitus fuit de bonis Francisci Vivent. (Fi 55, 504 (c), where the description says *de qua ignorat limites ipse nobilis confitens !*)

30v (a) Item, unam posam terre sitam subtus Burssins quas de presenti tenet Ludovicus Collionis alias des Boys de Gillier ex empto per ipsum facto a Francisco Marchiandi de Vinsel juxta terram Nobilis Francisci de Senarclens et eius uxoris que fuit heredum Stephanii Benedicti a borea, terram Nobilis Aymonis Champion que fuit heredum Nobilis Guilliermi Mistralis a vento, affrontat vie publice a juria, et pascuis communibus a lacu. (Fi 55, 504 (d), Fi 85, 615 (b))

(b) Item, unum quarteronum avene ad mensuram Nyviduni census jandicto nobili confitenti annis singulis termino festi Beati Michaelis Archangelli debitum per Nobilem Glaudiam uxorem Nobilis Bonefacii Buelleri predicti loci de Vinsel pro et super dimidia posa

terre sita en la Perrousa subtus Vinsel quam a memorato nobili confitente ipsa predicta Nobilis Glaudia tenet sub predicto censu ex abbergamento per Nobilem et Potentem Amedeum de Terniaco condominum Terniaci et domini P... ? et de Prata ? in terra Gay tutorem et administratorem prefati Nobilis Johannis de Peytignyez facto constante instrumento per Egregium Johannem Bollieti recepto juxta carreriam publicam a juria, communia de Luyns et de Vinsel a lacu, pratum predicti Francisci de Maxo alias Marchiandi a borea, et domus heredum Ludovici de Souverniaco que fuerunt Anthonii Vulliaudi et per prius Nobilis *Johannes* (should be *Johannis*) de Dullicio a vento. (Fi 55, 504 (e), Fi 85, 615 (c))

31 (a) Item, duas falcatas prati sitas subtus :Luyns juxta pratum domini Bastide a borea, pratum Nobilis Michaelis filii Nobilis Francisci Mistralis quod fuit Stephani Reymondi a vento, pratum ecclesie de Luyns a juria, et pratum Anthonii Gervex et Stephani Burdet quod fuit predicti Nobilis Francisci Mistralis et plurium aliorum a lacu. (Fi 55, 504v (a), where they are seytorate rather than falcate, Fi 85, 615 (d), where also seytorate)

(b) Item, unam seyturatam prati sitam subtus Vinsel juxta pratum Francisci Curtilliod quod fuit Nobilium Thome et Stephani de Dullict et per prius Guilliermi Mistralis a borea, pratum Nobilis Ludovici Buellerii quod fuit Anthonii Vulliaudi a vento, et affrontat pascuis communibus a lacu. (Fi 55, 504v (b), Fi 85, 615 (e))

(c) Item, unam posam vinee sitam in territorio de Vinsel loco dicto eys Fosseaulx existentem inter villas de Vinsel et de Brussins juxta fossale a borea, vineam dictorum Burnet de Burtignyez que fuit Nobilis Hugonini de Gland et per ante Nobilis Johannis Costablot seu eius uxoris a vento, et affrontat senderio tendenti de Vinsel apud Bursins a lacu, et vinee honnesti Stephani Badel que fuit Nobilis Francisci de Senarcens et per prius Roleti Porralis a juria. (Fi 55, 504v (c), Fi 85, 615 (f))

31v (a) Item, terciam partem unius pose vinee site in predicto territorio vocata Guilliermetaz juxta vineam predictorum Burnet que fuit confratrie de Bursins a borea, russellum vocatam Lorgiouz a vento, et affrontat vinee cappelle [Sancte] Katharine [de] Romanomnoasterio a juria. (Fi 55, 505 (a), Fi 85, 615 (g))

(b) Item, unam fosseratam vinee sitam in territorio predicto loco dicto ou Fort juxta vineam supradicti Stephani Badelli que fuit Anthonii Vulliaudi et vineam eiusdem nobilis confitentis a borea, plures contors vinearum a vento, vineam dictorum Burnet et Stephani Badelli que fuit prescripti Nobilis Johannis Costablot et deinde Nobilis Hugonini de Gland a juria, et vineam ~~prescripti~~ (inserted above the line: Discreti Nycoleyle Role (=Rolaz?) et eius uxoris que fuit dictorum Agnelli a lacu. (Fi 55, 505 (b), Fi 85, 615v (a))

32 (a) Item, unam fosseratam vinee sitam in predicto territorio loco dicto en Lestrani ? juxta vineam domini Bastide que futi Berrandi de Sollerio a juria, vineam heredum Johannis de Valle de Givrins a lacu, et vineam prefati domini Bastide que fuit predictorum [herendum ?] a vento, et vineam Johannis Bergiez que fuit herendum Reymondi a borea. (Fi 55, 505 (c), Fi 85, 615v (c), but possibly this item and the next are confused in Fi 85)

(b) Item, unam fosseratam vinee sitam en Champet (=Champel) juxta vineas Francisci Boson et domini Bastide que fuerunt heredum Stephani Reymondi et prefati nobilis confitentis a borea, vineam prefati Nobilis Jacobi confitentis a vento, vineam domini Bastide que fuit Bertrandi de Solerio a juria, et vineam heredum Johannis Migerand et prescripti domini Bastide que fuit Nyctodi Burnet et per prius Anthonii de Migerand a lacu. (Fi 55, 505 (d), Fi 85, 615v (b))

(c) Item, terciam partem unius pose vinee site supra Vinsel loco dicto en Champel juxta viam publicam tendentem de Vinsel apud Burtignyez a vento, vineam Discreti Stephani Boverii que fuit liberorum Johannis de Clarens a borea, nemus heredum Nobilium Thome et Stephani de Dullicio a juria, et viam publicam a lacu, quam quidem peciam tenet dictus Cristinet de Vuando ? (Fi 55, 505v (a), Fi 85, 615v (d))

(d) Item, circa duas posas vinee sitas in territorio de Vinsel loco dicto en la Jonchier juxta russellum des Fossaulx a vento, viam tendentem versus Corberiam ? a borea, vineam dictorum Prodon (=Probi, Prodhom) de Vernay que fuit domini prioris Romanimonasterii a juria, et quendam senderium tendentem de Vinsel versus Bursins a lacu. (Fi 55, 505v (b), Fi 85, 615v (e))

32v (a) Item, quatuor seyturatas prati sitas subtus Vinsel juxta pratum Nobilis Johannis filii quondam Nobilis Nycolay Mayoris [de Romanomonasterio] et prescripti domini quod fuit Johannis Gex et pratum Amedei de Vy quod fuit Johannis Tissot et per prius Johannis Berteti a juria, pratum Francisci de Maxo alias Marchiand quod fuit heredum Stephani Reymondi et Bertrandi Vulliaud quod fuit Stephani Montherodi a borea, pratum Glaudii Cagniod, Michaelis de Leschaulx, et Discreti Stephani Bouveri quod fuit dictorum heredum Stephani Reymondi a lacu, et pratum ecclesiarum de Bursins et de :Luyns a vento. (Fi 55, 505v (c), Fi 85, 615v (f))

(b) Item, duas posas vinee de quatuor posis partitas sitas in Plantatis de Luyns et de Vinsel juxta vineam predictorum Burnet de huiusmodi bonis a vento, vineam jandictorum Burnet et vineam Nobilis Johannis [Maioris] de Romanomonasterio que fuit dictorum Agnelli a borea, vineam jandictorum Burnet que fuit heredum Johannis Girodi de Gebennis a lacu, et vineam heredum Nobilis Johannis de Souvernier a juria. (Fi 55, 505v (d), Fi 85, part of 616 (a), the remainder is below, on fol. 33 (c))

33 (a) Item, unum caponem census supradicti nobili confitenti annualiter debitum per Glaudium Vulliez habitatorem de Luyns pro una posa cum dimidia terre sita in dicto territorio et loco et quam a memorato nobili confitente in emphiteosim perpetuam et sub prescripto censu tenet idem Glaudium Vulliez vigore unius abbergamenti prefato Glaudio Vulliex per jandictum Nobilem Johannem de Peytegnyez facti ut de eodem abbergamento constat publico instrumento per Egregium Stephanum Bouverii notarium recepto juxta vineam heredum Nycolay Fabri et domini Bastide a vento, vineam prescriptorum Burnet et Benedicti Jacodi ? terrali intermedio a borea, et affrontat vie publice a lacu, et dumibus Egregi Johannis Migerandi a juria. (Fi 55, 506 (a), Fi 85, 616 (b))

(b) Item, unam posam cum dimidia vinee sita in territorio de Vinsel loco dicto es ? Chapel ? (=en Champel ?) juxta vineam heredum Johannis Migerand a lacu, vineam Ludovici

Lignyouz et predicti domini Bastide et plurium aliorum a juriam, vineam Petri et Glaudii Frestaulx de huiusmodi bonis et a presenti divisam a vento, et fosseratam dicti nobili confitentis superius confinatam a borea. (Fi 55, 506 (b), where it is only a single pose, Fi 85, 616 (c))

(c) Item, duos solidos monete census eidem nobili recognoscendi annualim debitos per jamdictos Burnet de Burtigniez pro duabus posis vinee sitis in Plantata de Vinsel et de Luyn quas a prescripto nobili confitente sub predicto censu tenent predicti Burnet ex abbergamento per Nobilem Glaudium de Peitignieaco quondam Nycodo Burneti facto manu Egregii Gabrielis Barrellieti notarii introgio sex viginti florenorum et sub jandicto censu juxta vineam prenominati nobilis confitentis a borea, vineam Stephani Menthonex de bonis Stephani Reymondi a vento, vineam predictorum Burnet que fuit heredum Johannis Guiodi de Gebennis a lacu, et vineam heredum Nobilis Johannis de Souvernier a juria. (Fi 55, 506 (c), Fi 85, this is the other part of 616 (a), see above)

33v (a) Item, unum quarteronum avene ad mensuram Nyviduni census prefato nobili confitenti annualiter debitam per Glaudium *Convres*? (see below, should be *Convers*) alias Frestaulx de Burtigniez super quarta parte dimidie pose vinee sita en Champel juxta vineam prelibati nobilis recognoscensis a borea, terrale a vento, vineam Stephani Frestaulx a presenti divisam a lacu, et vineam Ludovici Cigniouz a juria. (Fi 55, 506v (a))

(b) Item, unum quarteronum avene ad dictam mensuram Nyviduni nobili *confitentis* (should be *confitenti*) annuatim prout supra debitam per Stephanum *Convers* alias Frestaulx pro quo tenet ab eodem nobili confitente in emphetosim perpetuam quartam partem unius pose vinee sita en Champel juxta vineam dicti nobilis confitentis a borea, terrale a vento, et [terram?] Egregii Johannis Migerandi a lacu, et vineam dicti Glaudii Frestaulx a presenti divisam a juria, cum ipsarum rerum, fondis, et [pertinenciis], witnesses Nobiles Franciscus de Senarcens, Henricus Mistralis castellanus Montisveteris, Egregius Petrus Ponceti de Gayo Villa, et Discretus Franciscus Ronzia de Lavignyez notarius. (Fi 55, 506v (b), not yet located in Fi 85)

35v **Nobiles Franciscus, Jacobus, et Claudius de Senarcens fratres filii quondam Nobilis Petri filius quondam Nobilis Francisci de Senarcens de Dullicio**, 08 dec 1542 Style of the Nativity, in sequendo formam et tenorem unius recognitionis per prefatum quondam Nobilem Petrum de Senarcens ipsorum nobilium fratrum genitorem in manibus Providi Aymonodi Roberti notarii dudum dictarum extenterum commissarii Magnifico Domino Amedeo domino Viriaci et jandictorum locorum Montisveteris et Rotuli facte..., videlicet res, redditus, census, servicia, et alia infra scripta unacum ipsorum omnium rerum infrascriptarum juribus et pertinentiis universis, (Fi 55, 507 (a), Fi 85, 629 (c))

36 (a) Et primo, de bonis que dudum fuerunt Nobilis Guilliermi de Senarcens *avam* (should be *avum*, but the whole statement is in error, see parenthetical notes below) materni prescriptorum nobilium fratrum confitentium per eundem in manibus Nycolleti Pasquelleti notarii antiquitus recognitis, duas posas cum dimidia vinee sitas in territorio de Luyn loco dicto en Allogniaz juxta vineam heredum Discreti Nycolay Fabri alias Coulavini notarii que fuit Benedicte et Peronete filiarum Johannis Pensabini et vineam Anthonii Jarrod alias Loriod que fuit rectori cappele Johannis Fabri a juria, vineam Petri Bricolens et Discreti Jacobi Burneti a lacu, vineam Stephani Baddelli que fuit Nycodi Bonolaz a borea, et vineam confratrie de Luyn a

vento. (Fi 55, 507 (b), which repeats the erroneous statement that Guilliermus de Senarcens was the maternal grandfather of the three brothers – their maternal grandfather was actually Nobilis Guilliermus Mistralis, and Nobilis Guilliermus de Senarcens was their *paternal* grandfather ; Fi 85, 629v (a))

36v (a) Item, unam posam cum demidia (=dimidia) vinee sitam ibidem en Allognyaz incluse quodam casali ibidem alias existente juxta vineam predicti Anthonii Jarroz que fuit rectoris dicti cappelle a juria, carriera publicam a lacu et vento, et vineam predicte capelle de Luyn a borea. (Fi 55, 507 (c), Fi 85, 629v (b))

(b) Item, unam posam vinee sitam ibidem en Allogniaz juxta vineam dicti Anthonii Jarroz que fuit predicte cappele Johannis Fabri a juria et vento, vineam predictorum heredum Johannis Fabri alias Coulavin que fuit predictarum Benedicte et Peronete filiarum quondam dicti Johannis Pensabini a borea, et vineam prefatorum nobilium confitentium a lacu. (Fi 55, 507 (d), Fi 85, 629v (c))

(c) Item, vigore generalitatis directum dominium et omnimodam jurisdictionem excepto ultimo suplicio quod et quam ipsi nobiles fratres confitentes habent in et super rebus subscriptis, (Fi 55, this item has been omitted in error ! ; Fi 85, 629v (d), where this item concerns a specific parcel, in territorio de Marsollex loco dicto supra Curtilliet, 3 poses, the latter *parcel* itself not yet located in Fi 55 or Fg 275)

(d) Et primo, sex denarios bone monete census eisdem fratribus nobilibus de Senarcens per Discretum Stephanum de Riva de Luyns annualiter termino festi Sancti Michaelis Archangelli debitos pro et super quadam pecia vinee que fuit Aymonet Besson et deinde Henrici Balli de Mollason sita in territorio de Luyns loco dicto en Allogniaz continentem circa dimidiad posam juxta vineam dicti Stephani de Riva a borea, vineam nobilium de Senarcens quam alias possidebat cappella Sancti Johannis Baptiste de Bigny a dictis fratribus de Senarcens a vento, vineam Nobilis Amblarde relicte Egregii Nycolay Fabri notarii a lacu, et terram dicti Stephani de Riva quodam itineri intermedio a juria, quam ab eisdem nobilibus fratribus confitentibus tenet dictus Stephanus de Riva sub predicto censu. (Fi 55, 507v (a), Fi 85, 629v (e))

37 (a) Item, duos solidos bone monete et unam gallinam census eisdem nobilibus de Senarcens fratribus annualiter per prefatum Stephanum de Riva termino Sancti Michaelis Archangelli debitam pro et [super] rebus et possessionibus sequentibus quas ab eisdem nobilibus fratribus confitentibus tenet dictus Stephanus sub predicto censu, (Fi 55, 507v (b), Fi 85, part of 630 (b))

(b) Et primo, super una posa tam nemoris quam tacte sita loco dicto en Ellognyaz (=Allognyaz) juxta terrale de Allogniaz a vento, nemus Nobilis et Potentis Johannis Mistralis domini de Aruffens a juria, chastagneriam predicti Stephani a borea, et terram dicti Stephani olim chastagneriam dictorum Anthonii et Petri Bondex a lacu. (Fi 55, 507v (c), Fi 85, part of 630 (b))

37v (a) Item, pro dimidia posa tam vinee quam tacte sita ibidem juxta vineam Nobilis Amblarde relicte Egregii Nycolay Fabri notarii a lacu, vineam et terram *dicte* (should be

*dicti*) Stephani a juria, et terram prefati Stephani olim vineam dictorum Anthonii et Petri Bondex a vento. (Fi 55, 508 (a), Fi 85, 630 (c))

(b) Item, duodecim denarios bonorum Lausannensium census eisdem nobilibus de Senarclens fratribus confitentibus annualiter termino Sancti Michaelis Archangelli per prescriptum Stephanum de Riva debitos pro et [super] quadam pecia terre olim vinee que fuit Anthonii et Petri Bondex sita in territorio de Luyns continentem circa unam posam loco dicto en Allogniez juxta tactam ipsius Stephani de Riva a vento, vineam et tactam dicti Stephani que fuit dictorum Bondex a borea, vineam prefati Stephani que fuit Henrici Baux a lacu, et terram predicti Stephani que fuit predicti Bondex fratrum a juria, quam tenet dictus Stephanus sub predicto censu. (Fi 55, 508 (b), not found in Fi 85)

(c) Item, unum denarium monete census eisdem nobilibus fratribus de Senarclens termino predicto festi Sancti Michaelis Archangelli per suprascriptum Stephanum de Riva debitum pro una pecia nemoris continentem circa quartum unius pose nemoris sitam supra Allogniaz juxta domum heredum Bernarde uxoris Johannis Terrallion a borea, nemus dicti Stephani a vento, nemus dictorum nobilium Vulliermi a juria, et nemus ipsius Stephani quod fuit Mermeti et Guilliermi Mugnier et in parte Johannis Cagniod a lacu, et quam peciam nemoris idem Stephanus de Riva tenet a predictis nobilibus confitentibus sub predicto censu. (Fi 55, 508 (c). not found in Fi 85)

38 (a) Item, sexdecim denarios Lausannenses census eisdem nobilibus de Senarclens fratribus confitentibus termino festi Beati Sancti Michaelis Archangeli per prescriptum Stephanum annualiter debitos pro et super tertia parte pro indiviso cum dictis Georgio et Amedeo de Riva suis fratribus pro aliis duabus partibus cuiusdam pecie terre seu tacte sita in territorio dicti loci de Luyns loco dicto en Allognyaz juxta vineam dicti Georgii de Riva a vento, chastagneriam ipsius Amedei de Riva a ~~vento~~ juria, vineam Nobilis Amblarde relicte Egregii Nycolai Fabri notarii et dictorum Vuaud de Arsier a lacu, et chastagneriam Michaelis Excofferi a borea, et quamquidem terciam partem ipse predictus Stephanus tenet a predictis nobilibus confitentibus sub predicto censu *tam ex abbergamento* dictis Stephano et Johannii de Riva fratribus per prefatum Nobilem Petrum de Senarclens sub censu quatuor solidorum Lausannensium *vel* de ipso abbergamento constat publico instrumento per Discretum Stephanum Bessonis notarium publicum de Luyns 20 jun 1484 recepto. (Fi 55, 508v (a))

38v (a) Item, terciam partem quatuor solidorum Lausannensium census eisdem nobilibus fratribus confitentibus annualiter termino festi Beati Michaelis Archangelli per dictum Amedeum de Riva debitum pro et super tercia parte pro indiviso cum dictis Georgio et Stephano de Riva eius avunculis pro aliis duabus partibus cuiusdam pecie terre seu tacte sitam in territorio dicti loci de Luyns loco dicto en Allogniaz, quam quidem terciam partem prefatus Amedeus tenet a predictis nobilibus confitentibus sub predicto censu ex abbergamento dictis Johannii de Riva eius quondam patris et Stephano de Riva ipsius Amedei de Riva avunculo per prefatum Nobilem Petrum de Senarclens sub censu quatuor solidorum facto ut de ipso abbergamento constat publico instrumento per Discretum Stephanum Bessonis notarium publicum de Luyns 20 jun 1484 recepto juxta vineam dicti Georgii de Riva a vento, chastagneriam ipsius Amedei de Riva a juria, vineam Nobilis Amblarde relicte Egregii Nycolai Fabri notarii et dicti Vuaud de Arsier a lacu, et castagneriam Michaelis Excofferii a borea. (Fi 55, 508v (b))

39 (a) Item, directum dominium quod hiidem nobiles confitentes habent super quadam parva ochia sita apud Luyns retro domum que fuit dictorum Menthonex que quidem ochia fuit olim Glaudii et Francisci filiorum quondam Menthonex Glaudii (with reference marks indicating the text should be read as Glaudii Menthonex) per dictum quondam Nobilem Petrum de Senarclens abbergatorem ut de ipso abbergamento constat publico instrumento per dictum Stephanum de Riva eiusdem Amedei avunculum notarium 22 may 1495 recepto, quam ochiam ipse predictus Amedeus tenet a predictis nobilibus confitentibus absque onere census juxta ochiam Michaelis de Leschaux et eius uxoris suorumque condivisorum a borea, ochiam eiusdem Amedei a vento, ortum Francisci Menthonex a juria, et ochiam predicte Nobilis Amblarde relicte dicti Nycolay Fabri a lacu. (Fi 55, 508v (c))

39v (a) Item, directum dominium quod hiidem nobiles confitentes habent super medietate pro indiviso cum predicto Georgio de Riva eiusdem Amedei avunculo pro alia medietate duarum partium unius pose chastagnerie vel circa sitarum in territorio de Luyns loco dicto en Allogniaz quam ab eisdem nobilibus confitentibus tenet predictus Amedeus juxta nemus Lancelloti filii quondam Aymonis de Combis notarii a borea, vineam dicti Amedei de Riva a lacu, nemus eiusdem Amedei quod partim fuit predicti quondam Nobilis Petri de Senarclens a vento, et nemus nobilium Vulliermi a juria. (Fi 55, 509 (a))

(b) Item, sexdecim denarios Lausannenses eisdem nobilibus fratribus confitentibus annualiter termino predicto predicti Sancti Michaelis per Georgium de Riva debitos pro et super tercia parte pro indiviso cum dictis Stephano et Amedeo de Riva pro aliis duabus partibus cuiusdam pecie terre seu tacte site in territorio dicti loci de loco dicto en Allognyaz quam a predictis nobilibus ipse prefatus Georgius tenet sub predicto censu ex abbergamento predictis Stephano et Johanni de Riva ipsius confitentium fratribus per prefatum Nobilem Petrum de Senarclens sub censu quatuor solidorum Lausannensium facto ut de ipso abbergamento constat publico instrumento per Discretum *notario* (should be *notarium*, and his name is omitted) de Luyns 20 jun 1484 recepto juxta vineam dicti Georgii de Riva a vento, chastagneriam ipsius Amedei a juria, vineam Nobilis Amblarde relicte Egregii Nycolay Fabri notarii et dictorum Vuaud de Arsiez a lacu, et castagneriam Michaelis Eschoferi a borea. (Fi 55, 509 (b))

